Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Pisces duos, nostrum mare
Fert, ut Sophi loquuntur,
Hi carne et ossibus carent
Aqua sola coquendi.
Emerget immensum mare
Quod mulus loquetur,
Decreta sunt hec omnium,
Si legeris, Sophorum.
Pisces duo sunt Vnicum,
Vt uera proferamus.
Mens, corpus atq: Spiritus
Sunt tria semper unum.
Nunc uera uobis dicimus,
Tria hec simul coquantur,
Vt maximum fiat mare
His piscibus duobus.
Hinc incrementum maximum
Vobis cito innotescet.
Sulphur coquas cum sulphure
Non multa gaudienda.
Et hinc potita commoda
Sinu tuo reconde.
Sic liber omni angustia
Nullius indigebis.
Compesce linguam garrulam
Sic nemini innotesces.